Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



70 62

na quia videbant signa que faciebat sup hys qui
infirmabant. Iudiit ergo in monte ihs et ibi se
debat cum discipulis suis. Erat aut in proximo
pascha: dies festus iudeorum. Cum sublevasset ergo
oculos ihs: et vidisset quia multitudo maxima
venit ad eum dicit ad philippum. Unde ememus
panes ut manducent hi? Hoc aut dicebat: tem-
tans eum ipe enim sciebat quid esset facturus. Rndit
ei philippus. Ducentorum denariorum panes non suf-
ficiunt eis: ut unus quisq; modicum quid accipi-
at. Dicit ei unus ex discipulis eius: andreas fr
simonis petri. Est puer unus hic qui het quinq;
panes hordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt
inter tantos? Dixit ergo ihs. Facite homines discu-
bere. Erat aute fenum multum in loco. Discubue-
runt ergo viri numero quasi quinq; milia. Accepit
ergo panes ihs: et cum gratias egisset distribuit
discumbentib; similit et ex piscib; quantum vole-
bant. Ut aute impleti sunt dixit discipulis suis. Col-
ligite que superaverunt fragmenta ne pereant. Colle-
gerunt ergo et impleverunt duodecim cophinos
fragmentorum ex quinq; panib; hordeaceis et duob; pis-
cibus que superfuerunt his manducaverat. Illi ergo homines
cum vidissent quod fecerat signum dicebant. Qa
hic est vere pheta qui venturus est in mundum. Off

Laudate dnm quia benignus est psallite nomini eius quoniam
suave est dominum quecumq; voluit fecit in celo et in terra. Secre

Sacrificiis punib; quis due incende placatus. ut
et devotioni nre pficiat et saluti. Per dnm. Com